

« neque ut matrimonium, neque in vim sponsalium de futuro. » *In causa Gerasi* anno 1589, pag. 62, lib. vi Decret. : « Præsupposito, quod matrimonium sit factum absque parochi præsentia, et duorum, vel trium testium, quo casu irritum declaratur a Tridentino, quæritur an dictum matrimonium transeat in sponsalia de futuro, ita ut cogi possit vir per censuras, aliaque juris remedia ad servandam fidem sponsæ, quando maxime secuta est cum ea copula? Sacra, etc., censuit, non transire. » Hæc Benedictus XIV, cit. *Institut. eccles.* 46, num. 23 (71).

(172. Quæres V, an si contingat, ut in solemnium sponsalium contractu intersit etiam parochus, et partes contrahentes in illius et aliorum præsentia, nempe duorum aut trium testium, utantur verbis de præsentibus, dicentes: *Ego te accipio in uxorem et ego te in maritum*, censeri debeat matrimonium ininitum? « Resp. negative; quia præsumi non debet eos voluisse id cum peccato contrahere. (Imo) posito quod habeant intentionem contrahendi, ea non sufficeret; quia hanc intentionem suam debuissent intimare parochi et testibus: alias isti testificabuntur solum de contractu sponsalium de futuro, ad quem celebrandum sunt convocati. Quod si autem intimatio sufficiens facta esset, esset matrimonium, sed illicite contractum, et contrahentes puniri possent. Cap. fin. *De clandest. desponsat.* (* quippe non præcedentibus denuntiationibus*, etc.) » Schmalzgrueber, ad tit. *De spons.*, n. 79.

(173. Quæritur VI, si sponsalia fuerint contracta in facie Ecclesiæ, nempe coram parochi et testibus juxta formam stabilitam in matrimonio per sac. concil. Trident. et deinde secuta fuerit copula, utrum transeat in matrimonium? Movet hanc questionem cardinal. Tolet., lib. vii, *Instruct. sacerdot.*, cap. 17, per hæc verba: « Crederem in hoc casu esse matrimonium, quia inveniuntur omnia, quæ statuit concilium; non nego rem esse dubiam, et non carere difficultate; si talis casus accideret, recurrendum esset ad Papam. » Contrarium tamen constat fuisse resolutum per sacram congregationem Concilii, his verbis: « Etiam si coram parochi et testibus contrahantur sponsalia, licet postea sequatur copula, ni-

(71) Hic nota quod tradit Fagnanus per hæc verba: « Quæro an matrimonium per verba de præsentibus per puberem et impuberem contractum clandestine, non servata forma a concilio tradita, migret et resolvatur in sponsalia? » Congregatio publica, dissentientibus tantum Perusino et Carafa, censuit opinionem hanc esse veram, ut clandestinitas non obstet, quia matrimonium per verba de præsentibus contractum inter puberem et impuberem valet in vim sponsalium, secundum cap. 1, § 1, *De desponsat. impuber.* in 6, quia jus jam est interpretatum, tale matrimonium per verba de præsentibus contractum, esse tantum sponsalia per verba de futuro. Ergo sicut clandestinitas non obsesset validitati sponsalium, quæ per puberes fuissent contracta, ut jam congr. declaravit, et nullum est dubium in hoc, ita nec obstabit validitati horum spons. inter pube-

hilominus matrimonium non censetur; possunt tamen denuo contrahere servatis servandis. » Apud Pitonium, *Disceptat. eccles.* 52, n. 8 et 9.

(174. Neque adversatur, quod hic inveniuntur omnia, quæ statuit concilium; namque Trident. statuit præsentiam parochi et testium in matrimonio per verba de præsentibus, non autem in sponsalibus de futuro, pro quibus nihil disposuit, sed ea reliquit determinanda secundum dispositionem juris communis, juxta latius dicta hic supra; et propterea cum hic non præsupponatur fuisse contractum matrimonium per verba de præsentibus, non potest dici satisfactum concilio, licet ejus solemnitas fuerit adhibita in sponsalibus de futuro, quia solemnitas requisita per concilium in actu celebrationis matrimonii, non sufficit, si adhibeatur tantum in actu præparatorio et præambulo; et in specie ita decisum fuisse per sac. congreg. Concilii in contingentiæ facti refert Fagnan. Cap. *Is qui fidem* 36, De spons. n. 10, ibi: « An sponsalia legitime contracta, carnali etiam copula subsecuta, transeat in matrimonium indissolubile? » Sac. congregat. respondit... quomodocumque accipiatur illa dictio *legitime*, sive prout a jure communi disponitur, sive coram parochi et testibus, non posse dici subesse validum et indissolubile matrimonium... quia concilium voluit nullum esse matrimonium non contractum coram parochi; et intelligitur de matrimonio per verba de præsentibus: si hic actus matrimonii coram parochi per verba de præsentibus non intervenit, non potest dici subesse validum matrimonium. » Pitonius, *l. cit.*, n. 11.

(175. An ad valorem sponsalium requiratur consensus parentum? *Vid. supra*, n. 25 et seq.

(176. Quæritur VII, an et quomodo constans contradictio parentum sufficientem causam præbeat ad solvenda sponsalia?

Respond. Absolute ac simpliciter loquendo, sola contradictio parentum non præbet sufficientem causam dissolvendi sponsalia, etiam absque eorum præseitu et consensu inita: hæc conclusio communis est. Reiffenstuel, *De sponsal.*, n. 270. Audiamus D. Alph. de Ligorio, qui ad dubium supraddictum: An dissensus parentum sit causa sol-

rem et impub. contractorum, quia licet sint contracta per verba de præsentibus in schemate matrim., attamen lex voluit esse pura sponsalia per verba de futuro. (Id vero) procedit tantummodo in matrimonio contracto inter puberem et impuberem, vel inter duos impuberes non proximos pubertati, et quorum malitia non supplet ætatem: cum enim talis contractus propter ætatis defectum valere non possit ut matrimonium de præsentibus, lex interpretatur valere eo modo, quo potest, et sicut sponsalia de futuro. At secus est in matrimonio non servata forma concilii per verba de præsentibus inter puberes contracto, quia illud non resolvitur in sponsalia de futuro, ut alias sac. congregat. declaravit... Hæc Fagnanus, ad cap. *De illis*, De despons. impuber., n. 48 et seqq.

vedi sponsalia? Hæc habet: « Communiter id negant Croix... cum Gab. Sanchez... Laym... Holzm... cum *Communi*, ut testatur Elbel... etiam cum *Communi*, Spor... et Buss. Hi dicunt quod sponsalia filiorum ex hoc solo capite, quod sint inita sine consensu parentum, nequeunt irritari, quia eorum consensus non de necessitate, sed tantum de honestate a jure canonico requiritur. » *Theol. mor.*, De matrim., n. 877.

(177. Respond. 2. Licet sponsi sine præseitu parentum sponsalia contrahentes ordinarie peccent, tamen si sunt inter se æquales, vel saltem non multum dispares, sponsalia valent et obligant, debentque executioni mandari, non obstante contradictione parentum; imo peccant parentes conando impedire tale matrimonium. Reiffenst., *ib.*, 271. Idem habet D. de Ligor., *l. cit.*

(178. Respond. 3. Si futurum inter sponso matrimonium vergat in opprobrium parentum ac dedecus familiæ, parentesque exinde multum indignentur, offendantur, contristentur, ut ordinario contigit in casu notabilis disparitatis sponso, tunc contradictio parentum non tantum juste fieri potest, sed etiam facta sufficientem præbet causam dissolvendi sponsalia; imo in tali casu sponsalia ex se censentur nulla ac invalida. Gutierrez, lib. i *Canon. qq.*, cap. 20; Layman, lib. v, tract. 10, part. 1, cap. 1, n. 14; Menoch., cons. 69, aliique. Ratio est quia in tali casu matrimonium esset contra pietatem et charitatem parentibus et consanguineis debitam; imo etiam contra justitiam, cum exinde familia maculam contrahat, minus æstimetur, et ab aliis horreatur. Reiffenstuel, *ibid.*, n. 272. Eadem tradit laud. D. de Ligor., *ib.* V. not. *infra* sub n. 182.

(179. Hinc, ordinario loquendo, in casu quo sponsalia fiunt cum indigna parte, aut magna, vel notabili cum disparitate, ut si quis de nobili stemmate matrimonium promittit puellæ plebeie, aut econtra sponsalia aut nulla esse, aut contradictionem parentum vel consanguineorum sufficientem præbere causam eadem dissolvendi. Proinde « infertur (sic Reiffenst.) cum Gutierrez, Menoch. et aliis, in casu, quo nobiles cum ignobilibus, aut alias notabiliter dispares,

(72) Imo clarissimus Pitonius citans Rota addit: « Sola causa indignationis et dissensus patris de per se sufficiens existimatur ad effectum, ut vir non teneatur implere promissionem, nec possit cogi: ex hac enim indignatione patris imminere potest periculum exheredationis, maxime quando illa oritur legitime et juste ob sponsalia contracta cum disparitate nobilitatis et divitiarum: et hoc solum inducit justum metum in filio, illique præbet justam causam recedendi a sponsalibus. Rota, decis. 49, n. 2, part. x, recent. Quod procedit (prosequitur Pitonius), non obstante juramento in apocha promissionis apposito, Rota, cit. decis., n. 28. — *Disceptat. eccles.* 52, n. 81.

Et eadem Rota coram vicecomite in *Cæsaraugustana Sponsalium* 29 Mart. 1744, a minori ad majus sic argumentatur, ibi: « Si solum periculum, et comminatio exheredationis inducit justum metum in filium, et justam præbet causam recedendi a spon-

inseis aut invitis parentibus sponsalia faciunt, episcopos non debere, imo, nec licite posse gratificare sponsis, dum remissionem ob disparitatem in denuntiationibus petunt, illam ordinarie allegando causam, quod parentes ex denuntiationibus in notitiam venientes, sint injuste impedituri matrimonium, ac libertatem status de jure eis debitam impedituri. Cum enim parentes in tali casu juste impedire, ac contradicere valeant, ordinarius omittendo denuntiationes, hoc jure eos non privare, sed potius, ut eodem pro libito utendi facultatem habeant, denuntiationes præfatas fieri curare debet, præsertim cum ipsis liberis exinde nulla irrogetur injuria, utpote quia in hoc parentibus obtemperare, et tale matrimonium omittere tenentur. » Reiffenstuel, *ibid.*, num. 273 et seqq.

(180. Sic etiam si contradictio parentum conjuncta sit cum seriis quidem minis exheredandi aliquem sponso, si huic, cum quo sponsalia contraxit, nubat, habet pars altera justam causam dissolvendi sponsalia. Reiffenst., *loc. cit.*, n. 277. « Posse etiam filium solvere sponsalia, si pater juste minetur exheredationem, et ego subdo etiam injuste; quia omnia sponsalia intelliguntur contrahi, si non accedat talis mutatio, unde grave sit contrahere matrimonium, » ait D. de Ligorio, *Theol. mor.*, De matrim., cit. n. 877 (72).

Quæritur VIII quid in casu gravium inimicitiarum, etc., inter parentes et consanguineos sponso?

(181. Respond. solvi sponsalia ob graves aut capitales inimicitias, odia aut scandala inter parentes aut consanguineos sponso, Judex vero rarissime, et non nisi bene consideratis circumstantiis, causaque vere cognita, ex hoc capite sponsalium dissolutionem judicare debet; cum ordinarie pericula, ut allegantur, non subsistant, nec quodvis scandali aut discordiarum periculum sufficiat, ut altera pars jure suo privari possit. Reiffenst., *ead.* n. 268.

(182. Audiamus Sanchez, qui, etsi valida esse sponsalia etiam inter impares contracta affirmet, subdit vero in hæc verba: « Hoc tamen limitandum est, nisi scandalum magnum ex eo matrimonio probabiliter ti-

salibus... fortius hanc eandem justam et rationabilem causam præbere debet effectiva exheredatio jam secuta, ubi tales nuptiæ patri invisæ contrahantur, ut testatur Ramirez... Pont... Sarmien. »

« Neque hic obstare videtur dispositio Trident., in cap. 1, sess. xxiv, *De matrim.*, ubi dicitur consensum patris non requiri ad validitatem matrimonii filiifamilias, quia simpliciter in eo textu Patres concilii decreverunt matrimonia sine consensu parentum esse valida... Non autem disposuerunt patrem non posse impedire matrimonium, antequam contrahatur, ut in puncto respondet Menoch., cons. 69, num. 40, ibi: « Nec conciliaris constitutio hic « obest; » nam etsi « statuit concilium matrimonia « sine consensu parentum esse valida, non tamen » disposuit « quod pater non posset impedire contrahendum. » Concordat Fagnanus, in cap. *Tua*, n. 11 et seqq. *De desponsat. impuber.* Ita Pitonius, cit. *Disceptat. eccles.*, 52, n. 86.

meatur. Quia virtus justitiæ obligare nequit ad ælum qui sine peccato impleri non potest; sed contrahere matrimonium cum magno illo scandalo est aperte lethalis culpa, cum notabiliter charitas proximi lædatur, dissolvatur parentum pietas, et cognatorum amicitia, et colligitur ex cap. *Cum tua*, De spons., ibi, De fama, vel scandalo, et ita docet ibi Gloss. v. *Scandalo*; Panormus, ibi, Alex. de Nevo.. Præpos. ubi docent, quando vehementer scandalum timeatur ex matrimonii contractu inter contrahentium consanguineos, posse et debere judicem interdicere matrimonium; idem Panorm... ait Ecclesiam compulsuram non esse implere sponsalia, quoties rixæ inter parentes contrahentium probabiliter timentur, et melius id expresse docent Fel. Nav... Menoch...

SPONSI.

SUMMARIUM.

1. Sponsus et sponsa unde dicantur. — 2. Conversationes et cohabitationes sponsorum sunt ab episcopis omnino prohibendæ sub multa. — 3. Sponsi divites invicem conversantes puniri non possunt, nisi multa infra duos ducatos, pauperes vero solis pœnitentiis salutaribus. — 4. Quamvis cohabitatio sponsorum sit punibilis, visitationes tamen et conversationes præsertim in præsentia consanguineorum non sunt punibiles. — 5. Sponsus an et quomodo visitare possit sponsam in clausura monialium existentem, *remissive*. — 6. Sponsi vel

(1. Sponsus et sponsa unde dicantur? *Vide* verb. SPONSALIA, n. 1.

(2. Conversationes et commercia sponsorum ante contractum matrimonium per verba de præsentia, episcopus impediatur omnino: multas vero ob earum causam incursum applicet usibus piis, et interim deponat apud depositarium multarum. Sac. Congr. Episc., in *Hieracen.* 20 Apr. 1587,

(73) Et re quidem vera post conc. Trident. copula ejusmodi post sponsalia, tantum abest, ut faciat hæc transire in matrimonium, ut ex opposito (talis copula) non nisi *vere fornicaria* habenda omnino sit. *Communis* et certa. Adeoque, prædicta copula nonobstante, utpote mere fornicaria, sponsalia utique dissolvi, ubi legitima et justa causa intervenerit, facile cognosceat licet.

Quippe, si matrimonium contractum non servata forma Tridentini, utut copula secuta fuerit, nec quidem in sponsalia resolvitur, prout ex sac. congregat. declaration. supra allatis utique comperitur est; ergo nec etiam sponsalia quacunquē publicitate inita, etiamsi accesserit copula, ita consistere debent, ut non possint non rescindi, ubi causa adsit pro earundem dissolutione. Unde ait D. Virginius Valsecchius, monachus Casinensis: «Sponsalia in suo esse spectata (ex) causis solvi posse jam probatum est. Itaque eadem sponsalia etiam post copulam subsequatam iisdem de causis poterunt rescindi.» In respons. pro veritate addit. ad calcem Dissertat. De sponsal. et matrim. clariss. archiep. Muscettola, edit. Venet. 1772, vers. *Non solum*.

Facit huc, quod docet D. Alph. de Ligorio, per hæc verba: «Si parentes juste vetant filio aliquod matrimonium, quia esset illud dedecori, aut scandalo familiae, tunc filius peccaret graviter, si illud

Guttier... (etc.)... *quamvis secula sit virginis defloratio* (73), (* nota *) sub ea spe matrimonii futuri. Quod quidem verissimum est... et idem dicendum est, licet *nulla sit inter contrahentes disparitas*... Caute tamen considerandum est hoc scandalum, non enim quodeunque sufficere; sæpe enim vanæ minæ jactantur, terroresque opponuntur, et discordiarum pericula intentantur; quæ tamen, experientia teste, ubi deferbit ille impetus, et matrimonium celebratur, in nihilum decidunt, facileque animi conciliantur, sedaturque omnis tempestas.» De matrim., lib. 1, disputat. 14, n. 3.

(183. «Idem dicerem (prosequitur Sanchez) *quoties est timor probabilis pessimi exitus*, ut odii capitalis inter ipsos contrahentes.» *Ibid.*, l. et n. cit. (74).

sponsæ fornicatio cum alia, vel cum alio commissa, an addat malitiam injustitiæ distinctam, et in confessione necessario aperiendam, *remissive*. — 7. Omnes tactus, oscula, amplexus, turpiloquia, aspectus lascivi, et hujusmodi, quæ fiunt inter sponsos cum delectatione sensibili venerea, morosa et directe voluntaria, sunt peccata mortalia; alias non sunt, nisi venialia, et si pudice fiant ex recto fine secundum consuetudinem patriæ sunt licita. — 8. Quando autem sponsi graviter peccent, vel non circa delectationem morosam de copula futura et de dictis tactibus, osculis, amplexibus, etc., *remissive*. — 9. Alia ad rem, ad num. 12.

apud Nicol., in *Floscul.*, verb. *Matrimonium*, n. 8.

(3. Sponsi divites invicem conversantes puniri non possunt, nisi multa infra duos ducatos; pauperes vero solis pœnitentiis salutaribus. Ead. S. cong. Episc., in *Tarant.* 27 Nov. 1593, et in *Lyciensi* 5 Julii 1596, apud eundem, *ibidem*.

(4. Quamvis autem cohabitatio sponsorum contraheret. Et in casu quo illud esset dedecori familiae, ille non tenetur sponsalibus contractis, *etiam juratis, licet sponsam deflorasset*, cum sufficiat tunc, si tantum illam dotet, si potest, cum justitia non possit obligare ad actum qui sine peccato executioni mandari nequit. » *Homo apostol.*, De matrim., n. 10.

(74) Unde secundum quod hic ultimo docet Sanchez, si capitales et graves inimicitiae, et odia, et extraordinariæ animorum aversiones, inter ipsos oriantur sponsos, inde motivum exsurget ut ad matrimonium ineundum non compellantur, ob rationem specialem, ne videlicet alias ex matrimonio infelices sequantur exitus, continua aut frequentia jurgia, lites, scandala. Facit huc decisio sac. congregat.: «Quod si unus sponsorum ita incipiat abhorrere ab altero, ut serio dicat, se velle quidvis pati quam huic conjungi, a coactione judex desistere debet.» Apud Reiffenst., *loc. cit.*, n. 267.

Et, ut ait Rota, in *Cæsaraugustana Sponsalium* 29 Mart. 1754, coram R. P. D. vicecomite: «Ex tali subsequata exacerbatione contrahentium, ac suborta totali animi abalienatione, cum subsequens matrimonium prosperum, et felicem exitum sortiri haud valeat, idcirco pia mater Ecclesia in hisce circumstantiis, ad majus vitandum malum, solet sponsos ad pristinam libertatem restituere.»

ante contractum matrimonium per verba de præsentia punibilis sit, visitationes tamen et conversationes, præsertim in præsentia consanguineorum, non sunt punibiles. Ead. S. congreg. Episc., in *Tranen.* 26 Oct. 1588; in *Caven.* 28 Aug. 1589; in *Cosentina* 15 Febr. 1536, apud eundem verb. SPONSALIA, n. 2.

(5. Sponsus an et quomodo visitare possit sponsam in clausura monialium existentem? *Vide* verb. MONIALES, art. 1, a num. 30 ad 36, ubi plura ad rem *De sponsalib. et matrimonio educandarum*.

(6. Sponsi vel sponsæ fornicatio cum alia, vel cum alio commissa constantibus validis sponsalibus, an addat malitiam injustitiæ distinctam, et in confessione necessario aperiendam? *Vide* verb. LUXURIA, n. 9.

(7. Omnes tactus, oscula, amplexus, turpiloquia, aspectus lascivi, et hujusmodi, quæ fiunt inter sponsos cum delectatione sensibili venerea, morosa et directe voluntaria, sunt peccata mortalia; alias non sunt nisi venialia. Et si pudice fiant ex recto fine secundum consuetudinem patriæ, sunt licita. *Communis*.

NOTA ROMANI THEOLOGI.

Id nimis periculosum est, ac vix casus esse poterit in quo sola venialis culpa insit, tum quia raro, aut fere nunquam in iis abest delectatio venerea; tum etiam, quia certum est periculo se exponere hujus delectationis, quod periculum a gravi excusari non potest.

RESPONSIO AUCTORIS.

Ast si tactus, oscula et hujusmodi fiant inter sponsos sine ulla delectatione sensibili venerea, morosa et directe voluntaria, ut loquor *ibi* ego, non sunt nisi venialia, ubi revera absit omnis delectatio sensibili venerea, morosa et directe voluntaria; ubi autem ipsi ex sua personali conditione et proclivitate cognoscant, sic se exponere periculo alicujus delectationis morosæ venereæ, certe tenentur sub gravi se abstinere ab ipsis. Conclusio autem mea procedit conditionate, in casu quo fiant sine ulla venerea morosa delectatione. Conditionale vero nihil ponit in esse, nisi purificata conditione. Arg. § *Sub conditione* 4, Institut. *De verbor. obligationibus*, l. *Hoc jure utimur* 8, et *ibi* addit. marg. ff. *De verborum obligation.*, l. *Quia autem* 6, § *fi-*

SPORTULÆ.

Vide verb. JUDEX, a n. 12 ad 46.

STATIO.

Præstat sequentia adnotare.

(1. Statio sæpe sumitur pro concursu populi ad ecclesiam indictam, in qua statis diebus processio clericorum ad stas præces faciendas consistebat. Vetustus enim in Urbe ritus fuit, ut certis diebus clerus in unam aliquam ecclesiam supplicationis

nal. ff. *Si quis, omissa causa, testam.*, l. unica, § *Sin autem*, cod. *De caducitat. tolendis*, c. 1, § final. *De sponsalibus* in 6, Clementin. 1, *De concession. præbendæ*. Eo vel maxime, quod n. seq. remitto lectorem ad ea quæ habentur sub verb. DELECTATIO MOROSA, a n. 27 ad 29, ubi expresse dico: «Cavendum est tamen, ne in istis osculis, tactibus et amplexibus habeatur illa delectatio carnalis et sensibilis, quæ merito fuit damnata ab Alexandro VII, 18 Martii 1666, in propos. 40, in ordine, ibi: «Est probabilis opinio, quæ dicit tantum esse veniale osculum «ob delectationem carnalem et sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo «consensus ulterioris et pollutionis.»

(8. Quando autem sponsi graviter peccent, vel non, circa delectationem morosam de copula futura et de dictis tactibus, osculis, amplexibus, etc. *Vide* verb. DELECTATIO MOROSA, a n. 27 ad 29, et n. 32.

(9. Alia ad rem. *Vide* verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA, verb. MATRIMONIUM, verb. SPONSALIA, verb. STUPRATOR, et divissimam Const. Bened. XIV, incip. *Reddita sunt*, in qua sponsi catholicis, qui in fœderatis Belgii regionibus coram civili magistratu, aut hæretico ministro duntaxat, mutuum consensum in matrimonium de præsentia declararunt, quælibet conjugalis consuetudo interdicta decernitur, donec matrimonium ad formam concil. Trident. rite celebraverint.

(10. Salutare quidem est decretum, quo fere omnes episcopi prohibent ne ante contractum matrimonium sponsus in una eademque domo cum sponsa habitet, propter periculum evidens ne inter eosdem sponsos copula habeatur ante matrimonii celebrationem. Non tamen id prohiberi potest sub pœna stupri, sed tantummodo sub pœna arbitrio ordinarii infligenda, ut respondisse sac. Congr. conc. episcopis provinciæ Mediolanen. refert Benedictus XIV, *De synod. diac.*, lib. XII, cap. 6, n. 3, ibi: «Non posse, sed ambos graviter arbitrio ordinarii duntaxat esse puniendos.»

(11. Sponsus qui sponsam seducit ad copulam, non potest puniri pœna stupri ob aliquod jus quod habet in corpus illius, ut ex decretis sacræ congregat. apud Fagnan., *Instit. eccl.* 46, § 18.

(12. Sponsus in nuptiis Canæ Galilææ, quibus interfuit Christus Dominus, quis fuerit? *Vide* verb. NUPTIÆ, n. 31.

causa conveniret, ubi sacra fiebant, aliaque divina officia peragebantur. Hi porro dies jejuniorum erant; unde solvere stationem idem erat quod solvere jejunium; Isidorus, lib. VI, c. ult., *Etymol.* Discernant autem quidam inter jejunium et stationem: